

ORIGINALES INÉDITOS
DE
DON AGUSTÍN MILLARES CARLO

TITO LIVIO
DESDE LA FUNDACIÓN DE ROMA

III

Texto bilingüe

Traducción y notas de Agustín Millares Carlo

Introducción y edición revisada por
Trinidad Arcos Pereira

INTRODUCCIÓN

*En el año 1955 la Universidad Nacional Autónoma de México (UNAM) publica, en su Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Romanorum Mexicana, los libros I-II del *Ab urbe condita* de Tito Livio con la traducción y notas de Don Agustín Millares Carlo¹. Este volumen era el primero de un ambicioso proyecto que abarcaba la edición y traducción de toda la obra de Tito Livio, como se indicaba repetidamente en el libro: *Obras completas de Tito Livio; Tito Livio. Obras completas. Luego el proyecto se interrumpió por diversas circunstancias y este primer libro fue también el único publicado por la UNAM.**

*Pero D. Agustín siguió trabajando en la traducción de la obra de Livio y completó el que habría sido el segundo volumen del proyecto, cuyo original se encuentra en la actualidad en el «Seminario de Filología Agustín Millares». Este segundo libro comprende la edición bilingüe de los libros III-IV del *Ab urbe condita*, con el esquema tradicional de las ediciones de la UNAM: texto latino y traducción española con notas en ambos. Al texto bilingüe se antepone una introducción: pero si en el primer volumen D. Agustín había realizado una breve introducción de tipo biográfico-literario², para este volumen realizó un completo estudio sobre las traducciones españolas del siglo XV de Tito Livio, que tituló «Tito Livio en español» y que ha sido publicado en este Boletín Millares Carlo³.*

¹ Tito Livio. *Desde la Fundación de Roma*. I-II. Versión española y notas de Agustín Millares Carlo. México: UNAM, 1955. (Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Latinarum Mexicana. Tito Livio, Obras Completas).

² Cf. *Ibidem*, p. VII-XIII.

³ «Tito Livio en español», en *BMC*, 1987, v. 9-10, p. 7-54. Edición y nota introductoria de Trinidad Arcos Pereira.

No era ésta la primera traducción de un autor clásico que D. Agustín publicaba en la UNAM. En 1944-45 había publicado la obra completa de Salustio⁴, en 1947 la obra de Cornelio Nepote⁵ y, con posterioridad a la traducción de Livio, en 1958 el *De amicitia* y *De senectute* de Cicerón⁶. Estas traducciones sólo son una pequeña muestra de la dedicación al estudio de los autores clásicos que acompañó a D. Agustín a lo largo de toda su vida y que ha quedado reflejada en una parte muy importante de su obra⁷.

Iniciamos, por tanto, en este número la publicación del libro III del *Ab urbe condita*, tal como fue realizado por D. Agustín Millares: texto latino y traducción española anotados. El texto latino está tomado de la edición de B. O. Foster, publicada por The Loeb Classical Library⁸, que ya fue utilizada en los libros I-II. Las notas al texto latino se refieren a aspectos sintácticos y estilísticos, mientras que las notas a la traducción española tratan aspectos histórico-institucionales, como es habitual en la colección *Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Romanorum Mexicana*.

Con la publicación de esta obra queremos difundir la gran labor de D. Agustín Millares Carlo en el campo de la Filología Clásica, que su ingente obra paleográfica ha oscurecido, y mostrar la decisiva influencia que D. Agustín ejerció en la extensión y consolidación de los estudios clásicos en Hispanoamérica.

TRINIDAD ARCOS PEREIRA

Universidad de Las Palmas de Gran Canaria
Colegio Universitario de Las Palmas

⁴ Salustio Crispo, Cayo. *Conjuración de Catilina*. Versión directa del latín, prólogo y notas de Agustín Millares Carlo. México: UNAM, 1944. (*Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Latinarum Mexicana*. Obras Completas de Cayo Salustio Crispo).

Salustio Crispo, Cayo. *Guerra de Yugurta. Fragmentos de las historias. Cartas a César sobre el gobierno de la República*. Introducción, versión española y notas por Agustín Millares Carlo. México: UNAM, 1945. (*Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Latinarum Mexicana*. Obras Completas de Cayo Salustio Crispo).

⁵ Nepote, Cornelio. *Vidas de los Ilustres Capitanes*. Introducción, versión española y notas por Agustín Millares Carlo. México: UNAM, 1947. (*Bibliotheca Scriptorum Graecorum et Latinarum Mexicana*. Cornelio Nepote, Obras Completas).

⁶ Cicerón, Marco Tulio. *Diálogos de la vejez y de la amistad*. Traducción directa del latín, introducción y notas por Agustín Millares Carlo. México: UNAM, 1958. (*Nuestros Clásicos*, 4).

⁷ La extensa obra sobre Filología Clásica de D. Agustín puede consultarse en Morerio González, José Antonio. *Agustín Millares Carlo. el hombre y el sabio*. Islas Canarias. Viceconsejería de Cultura y Deportes. Gobierno de Canarias, 1989 (Colección Clavijo y Fajardo, 5), p. 397-418.

⁸ Livy. Vol. II. Books III-IV, translated by B. O. Foster. Loeb Classical Library, London: W. Heineman; Cambridge (Mass.): Harvard University Press, 1922.

LIBER III

Periocha

Seditones de agrariis legibus fuere. Capitolium ab exilibus et seruis occupatum caesis his receptus est. Census bis actus est. Priore lustris censa sunt siuuium capita octo milia septingenta quattuordecim praeter orbos orbasque, sequenti centum septemdecim milia ducenta undeviginti. Cum aduersus Aequos operi rustico esset, L. Quinctius Cincinnatus dictator factus, cum rure intentus iugum misit. Tribunorum plebis numerus ampliatus est, ut essent decem, tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis. Petitis per legatos et adlatis Atticis legibus ad constituendas eas proponendasque decemuiri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati altero et trecentesimo anno quam Roma condita erat, et ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad decemuiros imperium translatum. Hi decem tabulis legum positus cum modeste se in eo honore gessissent et ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum <placuiset, duabus> tabulis ad decem adiectis cum complura impotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere et in tertium annum retinuerunt, donec inuiso eorum imperio finem adtulit libido Ap. Claudii. Qui cum in amorem Uirginiam uirginem incidisset, summisso qui eam in seruitutem peteret, necessitatem patri eius Uirginio imposuit rapto ex taberna proxima cultro filiam occidendi, cum aliter effici non posset ne in potestatem stuprum inlaturi ueniret. Hoc tam magnae iniuriae exemplo plebs concitata montem Auentinum occupauit coegitque decemuiros abdicare se magistratu. Ex quibus Appius, qui praecipuam poenam meruerat, in carcerem coniectus, est; ceteri in exilium sunt taci. Res praeterea contra Sabinos et Uulsos prospere gesta continet et parum honestum populi Romani iudicium, qui iudex inter Ardeates et Aricinos sumptus agrum, de quo ambigebatur, sibi adiudicauit.

I. [1] Antio capto Titus Aemilius et Q. Fabius consules fiunt. Hic erat Fabius Quinctius¹, qui unus extinctae ad Cremeram genti superfuerat. [2] Iam priore consulatu Aemilius dandi agri plebi fuerat auctor. Itaque secundo quoque consulatu eius et agrarii se in spem legis erexerant, et tribuni rem contra consules saepe temptatam adiutore utique consule obtineri posse rati suscipiunt, et consul manebat² in sententia sua. [3] Possessores et magna pars patrum, tribunicii se iactare³ actionibus principem ciuitatis et largiendo de alieno⁴ popularem fieri querentes, totius inuidiam rei a tribunis in consulem auerterant. [4] Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset⁵. T. Quincti ductu et auspicio⁶ agri captum priore anno aliquantum a⁷ Volcis esse; [5] Antium, propinquam⁸, opportunam et maritimam urbem, coloniam deduci posse: ita sine querellis possessorum plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. [6] Haec sententia accepta est. Triumuiros agro dando creat T. Quinctium, A. Uerginium, P. Furium. Iussi nomina dare qui agrum accipere uellent. [7] Fecit statim, ut fit, fastidium copia, adeoque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Uolsi adderentur: cetera multitudo poscere Roman agrummalle⁹ quam alibi accipere. [8] Aequi a Q. Fabio —is eo cum exercitu uenerat— pacem petiere, inritameam ipsi subita incusiones in agrum Latinum fecere.

II. [1] Quintus Seruilius insequenti anno —is enim cum Sp. Postumio consul fuit— in Aequos missus in Latino agro stativa habuit¹⁰. Quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. [2] Extractum in tertium annum bellum est Q. Fabio et T. Quinctio consulibus. Fabio extra ordinem, quia is Uictor

¹ *Fabius Quinctius*. Para la rara posposición del «praenomen» «Quinctius», palabra ésta considerada por varios editores como una ditografía de «qui unus», véanse Varrón, *De lingua Latina*, t.83 («Scaeuola Quintus») y el propio Livio, II, 38, 8 («Menenium Agrippam»).

² *erexerant...suscipiunt...manebat*. Obsérvese la variación de los tiempos.

³ *se iactare*. Infinitivo dependiente de «querentes».

⁴ *largiendo de alieno*. Cf. Séneca, *Epist.* 16,7 : «de alieno liberalis sum». El adjetivo «alienus» está sustantivado.

⁵ *aderat, ni...expedisset*. Obsérvese la construcción del imperfecto de indicativo en la apódosis de un período hipotético irreal, con el verbo de la prótasis usado regularmente en el mismo tiempo del subjuntivo.

⁶ *ductu et auspicio*. La frase indica que el ejército estaba mandado por un jefe «cum imperio». Cuando el general era sólo un legado o lugarteniente de dicho jefe, únicamente le competía la dirección («ductu») de las tropas, pero los auspicios eran exclusivos de su superior.

⁷ *captum...a*. Como «captum de, ex», expresa la idea de tomar algo de alguien por la fuerza. «Captum» es corrección propuesta por Cobet; los mss. traen «capti».

⁸ *propinquam*. Trátase quizá de una glosa explicativa de «opportunam», no sólo porque es excepcional que Livio emplee tres calificativos con la cópula sólo entre los miembros segundo y tercero, sino porque tal adjetivo resulta inexacto, ya que Ancio distaba de Roma unas cuarenta millas.

⁹ *malle*. Infinitivo histórico.

¹⁰ *habuit [castra]*. Esta última palabra, eliminada por nosotros, parece ser una simple glosa. «Statiua» designaba un campamento permanente y fortificado, no provisional.

pacem Aequis dederat, ea prouincia data. [3] Qui haud dubia spe profectus famam nominis sui pacaturam¹¹ Aequos, legatos in concilium gentis missos nuntiare iussit Q. Fabium consulem dicere se ex Aequis pacem Romam tulisse ab Roma¹² Aequis bellum adferre eadem dextera armata, quam pacatam illis antea dederat. [4]¹³ Quorum id perfidia et periurio¹⁴ fiat¹⁵, deos nunc testes esse, mox fore ultores. Se tamen, utcumque sit, etiam nunc paenitere sua sponte Aequos quam pati hostilia malle. [5] Si paeniteat, tutum receptum ad expertam clementiam fore; sin periurio gaudeant, dis magis iratis quam hostibus gesturos¹⁶ bellum. [6] Haec dicta adeo nihil mouerunt quemquam, ut legati prope uiolati sint¹⁷, exercitusque in Algidum aduersus Romanos missus. [7] Quae ubi Roman sunt nuntiata, indignitas ei magis quam periculum consulem alterum ab urbe exciuit. Ita duo consulares exercitus ad hostem accessere acie instructa, ut confestim dimicarent. [8] Sed cum forte haud multum diei supresset, unus ab statione hostium exclamat: «ostentare hoc est, Romani, non gerere bellum. [9] In noctem imminentem aciem instruitis. Longiore lucae ad id certamen, quod instat, nobis opus est. Crastino die oriente sole redite in aciem. Erit copia pugnandi; ne timete»¹⁸. [10] His uocibus iritatus miles in diem posterum in castra reducitur, longam uenire noctem ratus, quae moram certaminis faceret¹⁹. Tum quidem corpora cibo somnoque curant²⁰. Ubi inluxit postero die, prior, aliquanto constitit Romana acies; tandem et Aequi processere. [11] Proelium fuit utrimque uehemens, quod et Romanus²¹ ira odioque pugnat, et Aequos conscientia contracti culpa periculi et desperatio futurae sibi postea fidei ultima audere et experiri cogebat²². [12] Non tamen sustinere aciem Romanam Aequi; pulsique cum in fines suos se recepissent, nihilo inclinioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare²³ duces, quod in

¹¹ *pacaturum (esse)*.

¹² *ab Roma*. Complemento de procedencia.

¹³ *pacem...bellum; armata quam pacatam; nunc testes, mox ultores; paenitere... .. quam pati hostilia; si paeniteat...sin periurio gaudeant; dis magis iratis quam hostibus, son antitesis deliberadas y efectivas.*

¹⁴ *perfidia et periurio*. Obsérvese el efecto estilístico de esta aliteración, así como el quiasmo *ex Aequis...Roman, ab Roma Aequis*.

¹⁵ *fiat*. Verbo de la proposición interrogativa indirecta, dependiente de «deos...testes esse». El resto de esta frase está regido por «se tamen etiam nunc malle». «Sua sponte» se refiere a «aqueos», no a Fabio («se»).

¹⁶ *gesturos*. («Aequos»).

¹⁷ *mouerunt...ut...uiolati sint*. Obsérvese la peculiaridad de la «consecutio».

¹⁸ *ne timete*: «nolite timere», «ne timeatis», «ne timueritis». A propósito de una construcción semejante en Virgilio, *Eneida*, 6,544 comenta Servio: «antique dictum, nam nunc “ne saeuias” dicimus».

¹⁹ *quae...faceret*. Proposición de relativo con valor consecutivo.

²⁰ *curant*: «reficiunt».

²¹ *Romanus*. Como más abajo, singular por el plural, con valor colectivo.

²² *conscientia...et desperatio...cogebat*. El verbo concierta con el sujeto más próximo.

²³ *increpare*. Infinitivo histórico.

aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat²⁴, commissa res sit. [13] Aequos populationibus incursionibusque meliores esse, et multas passim manus quam magnam molem unius exercitus rectius bella gerere²⁵.

III. [1] Relicto itaque castris praesidio egressi tanto cum tumultu inuasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint²⁶. [2] Necopinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus, quam ne uictus ac prope in castris obsessus hostis memor populationis esset, timeri poterat, [3] agrestesque pauidi incidentes portis non populationem nec praedonum paruas manus, sed omnia uano augentes timore exercitus et legiones adesse hostium et infesto agmine ruere ad urbem clamabant. [4] Ab his proximi audita incerta eoque uaniora ferre ad alios²⁷. Cursus clamorque uocantium ad arma haud multum a pauore captae urbis abesse²⁸. [5] Forte ab Algido Quinctius consul redierat Romam. Id remedium timori fuit; tumultuque sedato uictos timeri increpans hostes²⁹ praesidia portis imposuit. [6] Uocato dein senatu cum ex auctoritate patrum iustitio indicto profectus ad tutandos fines esset, Q. Seruilio praefecto urbis relicto, hostem in agris non inuenit. [7] Ab altero consule res gesta egregie est; qui qua uenturum hostem sciebat, grauem praeda eoque impeditiore agmine incedentem adgressus funestam populationem fecit. [8] Pauci hostium euasere ex insidiis, praeda omnis recepta est. Sic finem iustitio, quod quadriduum fuit, reditus Quincti consulis in urbem fecit.

[9] Census deinde actus et conditum ab Quinctio lustrum. Censa ciuium capita CIII DCCXIII dicuntur praeter orbos orbasque. [10] In Aequis nihil deinde memorabile actum. In oppida sua se recepere, uri sua popularique passi. Consul cum aliquotiens per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset, cum ingenti laude praeda Romam rediit.

IV. [1] Consules inde A. Postumius Albus Sp. Furius Fusus. Furius Fusios³⁰ scripsere quidam: id admoneo, ne quis immutationem uirorum ipsorum esse, quae nominum est, putet. [2] Haud dubium erat, quin cum Aequis alter consul bellum gereret. Itaque Aequi ab Ecectranis Volscis praesidium petiere; quo cupide oblato — adeo ciuitates eae perpetuo in Romanos odio certauerunt—

²⁴ *excellat*. En subjuntivo por atracción de «commisa...sit», donde el modo verbal se explica porque el motivo de la derrota es aducido por la soldadesca contra sus propios jefes.

²⁵ *esse...gerere*. Infinitivos regidos de un «verbum dicendi» sobreentendido.

²⁶ *pertulerint*. Para el uso de esta forma en vez de «perferrent», véase la nota 8 del capit. II.

²⁷ *ferre ad alios*. Infinitivo histórico con significación iterativa.

²⁸ *abesse*. Infinitivo histórico.

²⁹ *uictos timeri increpans hostes*. La construcción con el infinitivo indica simplemente el hecho y no la causa de éste, pues en tal caso se hubiese usado la proposición subordinada con «quod». Véase la nota 3 del capítulo I.

³⁰ *Fusios*. Forma arcaica, la cual, juntamente con «Valesius», cayó en desuso en —312, año en el que Apio Claudio desempeñó el cargo de censor. Cf. Quintiliano, *Institutiones*, I, 4, 13.

bellum summa vi parabatur. Sentiunt Hernici et praedicunt Romanis Ectranum al Aequos descisse. [3] Suspecta et colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde, cum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos; isque miles³¹ per bellum Aequicum³² uel acerrimus fuit. [4] Compulsis deinde in oppida Aequis ea multitudo dilapsa cum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis abalienauit³³. [5] Necdum³⁴ matura re cum defectio- nem parari delatum ad senatum esset, datum negotium est consulibus, ut principibus coloniae Romanum excitis quaerent, quid rei esset³⁵. [6] Qui cum haud grauate uenissent, introducti a consulibus ad senatum, ita responderunt ad interrogata, ut magis suspecti quam uenerant dimitterentur. [7] Bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius consulum alter, cui ea provincia euenerat, profectus in Aequos Hernicorum in agro populabundum hostem inuenit, ignarusque multitudinis, quia nusquam uniuersa conspecta fuerat, imparem copiis exercitum temere pugnae commisit. Primo concursu pulsus se intra castra recepit. [8] Neque in finis periculi fuit. Namque et proxima nocte et postero die tanta vis castra sunt circumsessa atque oppugnata, ut ne nuntius quidem inde mitti Romam posset.

[9] Hernici et male pugnatum et consulem exercitumque obsideri nuntiaverunt, tantumque terrorem incussere patribus, ut, quae forma senatus consulti ultimae semper necessitatis habita est³⁶, Postumio, alteri consulum, negotium daretur, videret, ne quid res publica detrimenti caperet. [10] Ipsum consulem manere ad conscribendos omnes, qui arma ferre possent³⁷, optimum visum est, pro consule T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti. [11] Ad eum explendum Latini Hernicique et colonia Antium dare Quinctio subitarios milites —ita tum repentina auxilia appellabant— iussi.

V. [1] Multi per eos dies motus multique impetus hinc atque illinc facti, quia superante multitudine hostes carpere multifariam vires Romanas, ut non suffecturas ad omnia, adgressi sunt [2] : simul castra oppugnabantur, simul urbemque ipsam, si qua fortuna daret³⁸, temptandam. [3] L. Valerius ad praesidium urbis relictus, consul Postumius ad arcendas populationes finium missus. [4] Nihil remissum ab ulla parte curae aut laboris: uigiliae in urbe, stationes aene portas praesidiaque in muris disposita, et, quod necesse erat in tanto tumultu, iustitium per aliquot dies seruatum. [5] Interim in castris Furius

³¹ *isque miles*. Singular colectivo.

³² *per bellum Aequicum*. Complemento temporal de duración.

³³ *Romanis abalienauit*. «Abalienare» se construye también con «a», «ab» y el ablativo.

³⁴ *necdum*: «nondum».

³⁵ *esset*. Subjuntivo de la proposición interrogativa indirecta.

³⁶ *quae forma...habita est*. El indicativo, en vez del subjuntivo por atracción modal, se explica por tratarse de un inciso sintácticamente independiente del contexto.

³⁷ *possent*. Subjuntivo por atracción modal.

³⁸ *si qua fortuna daret*. El empleo absoluto de *dare* es raro. Livio, en otro pasaje (I, 45, 3) prefiere el reflexivo: «se...fors dare».

consul cum primo quietus obsidionem passus esset, in incautum hostem decumana porta erupit et, cum³⁹ persequi posset, metu subsistit, ne qua es parte altera in castra uis fieret. [6] Furium legatum —frater idem consulis erat— longius extulit cursus, nec suos ille redeuntes persequendi studio neque hostium ab tergo incursum uidit. Ita exclusus, multis saepe frustra conatibus captis⁴⁰, ut uiam sibi ad castra faceret, acriter dimicans cecidit.

[7] Et consul nuntio cicumuenti fratris conuersus ad pugnam, dum se temere magis quam satis caute in mediam dimicationem infert, uulnere accepto, aegre ab circumstantibus ereptus et suorum animos turbauit et ferocios hostes fecit; [8] qui caede legati et consulis uulnere accensi nulla deinde uis sustineri potuere, cum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur nec spe nec uiriops pares; uenissetque in periculum summa rerum, ni T. Quinctius peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu subuenisset⁴¹. [9] Is intentos in castra Romana Aequos legatque caput ferociter ostentantes ab tergo adortus, simul ad signum a se procul editum ex castris eruptione facta, magnam uim hostium circumuenit. [10] Minor caedis⁴², fuga effusior Aequorum in agro fuit Romano. In quos palatos praedam agentes Postumius aliquot locis, quibus opportuna imposuerat praesidia, impetum dedit. Hi vagi dissipato agmine fugientes in Quinctium victorem cum saucio consule reuertentem incidere. [11] Tum consularis exercitus egregia pugna consulis uulnus, legati et cohortium ultus est caedem. [12] Magnae clades ultro citroque illis diebus et inlatae et acceptae. Difficile adeo fidem est in tam antiqua re, quot pugnauerint ceciderintue, exacto adfirmare numero. [13] Audet tamen Antias Ualerius concipere summas: Romanos cecidisse in Hernico agro V DCCC⁴³, ex praedatoribus Aequorum, qui populabundi in finibus Romanis uagabantur, ab A. Postumio consule II et CCCC caesos, ceteram multitudinem praedam agentem, quae incidere in Quinctium, nequaquam pari defunctam esse caede, interfecta inde IIII milia et, exequendo subtiliter numerum, CC ait et XXX.

[14] Ut Romam reditum est, iustitium remissum est. Caelum uisum est ardere plurimo igni, portentaque alia aut obuersata⁴⁴ oculis aut uanas exterritis ostentauere species. His auertendis terroribus in triduum feriae indictae, per quas omnia delubra pacem deum exposcentium uirorum mulierumque turba

³⁹ *cum*. Empleado con valor concesivo.

⁴⁰ *multis...conatibus captis*. Ablativo absoluto de significación concesiva.

⁴¹ *cum compulsi...peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu subuenisset*. Para obviar la dificultad suscitada por el primer «cum», se lo ha sustituido por «quin» o por «ut» o se ha propuesto su supresión, con puntuación fuerte después de «potuere». Esta solución parece la más adecuada. Obsérvese la forma sintáctica del período hipotético irreal («uenissetque...ni subuenisset»), y compárese con 1,4 de este mismo libro III.

⁴² *caedis*: «caedes».

⁴³ V DCCC. La tilde encima de un número romano lo multiplica por mil.

⁴⁴ *obuersata*. Lectura preferible a «obseruata». Df. II, 36, 4: «eadem illa in in somnis obuersata species uisa est rogitare». La construcción del pasaje *aut obuersata oculis aut uanos...ostentauere species* resulta inhábil, si es que «obuersata (sunt)» se corresponde con «ostentauere». y justifica conjeturar «audita» después de «aut».

implebantur. [15] Cohortes inde Latinae Hernicaeque ab senatu gratiis ob impigram militiam actis remissae domos. Antiates mille milites, quia serum auxilium post proelium uenerant, prope cum ignominia dimissi.

VI. [1] Comitia inde habita; creati consules L. Aebutius P. Seruilis. Kal. Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt. [2] Grave tempus et forte annus pestilens erat urbi agrisque nec hominibus magis quam pecori; et auxere⁴⁵ uim morbi terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis. [3] Ea conluvio mixtorum omnis generis animantium et odore insolito urbanos et agrestem confertum in arta tecta aestu ac vigiliis angebat, ministeriaque in vicem ac contagio ipsa uolgabant morbos. [4] Vix instantes sustentibus clades repente legati Hernici nuntiant in agro suo Aequos Uolscosque coniunctis copiis castra posuisse; inde exercitu ingenti fines suos depopulari. [5] Praeter quam quod infrequens senatus indicio erat sociis afflictam ciuitatem pestilentia esse, maestum etiam responsum tulere, ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur: urbem Romamam subita deum ira morbo populari; si qua eius mali quies ueniat⁴⁶, ut anno ante ut semper alias, sociis opem laturos⁴⁷. [6] Discessere socii pro tristi nuntio tristiores domum referentes⁴⁸, quippe quibus per se sustinendum bellum erat, quod vix Romanis fulti uiribus sustinuissent.

[7] Non diutius se in Hernico hostis continuit; pergit inde infestus in agros Romanos etiam sine belli iniuria uastatos. Ubi cum obuius nemo, ne inermis quidem, fieret, perque omnia non praedidiis modo deserta, sed etiam cultu agresti transirent, peruenerunt ad tertium lapidem Gabina uia. [8] Mortuus Aebutius erat Romanus consul, collega eius Seruilis exigua in spe trahebat animam, adfecti plerique principium, patrum maior pars, militaris fere aetas omnis, ut non modo ad expeditiones, quas in tanto tumultu res poscebat, sed uix ad quietas stationes uiribus sufficerent. [9] Munus uigiliarum senatores, qui per aetatem ac ualetudinem poterant, per se ipsi obibant; cicumitio ac cura aedilium plebi⁴⁹ erat: ad eos summa rerum ac maiestas consularis imperii uenerat.

VII. [1] Deserta omnia sine capite, sine uiribus dii praesides ac fortuna urbis tutata est⁵⁰, quae Uolscis Aequisque praedonum potius mentem quam hostium dedit: [2] adeo enim nullam spem⁵¹ non potiundi modo, sed ne adeundi quidem Romana moenia animus eorum cepit, [3] tecta procul uisa atque imminentes tumuli auertere mentes eorum, ut totis passim castris fremitu orto, quid in

⁴⁵ *auxere*. El sujeto (los animales y los campesinos) está implícito en el ablativo absoluto «pecoribus agrestibusque...acceptis».

⁴⁶ *ueniat*. El presente por el imperfecto da a la frase una mayor vivacidad y actualidad.

⁴⁷ *laturos* («esse Romanos»).

⁴⁸ *referentes* («nuntium»).

⁴⁹ *plebi*. Genitivo arcaico por «plebis».

⁵⁰ *tutata est*. Concertado con «fortuna», aunque se refiere también a «dii».

⁵¹ *nulla spem*. Dependiente de «cepit».

uasto ac deserto agro iner tabem pecorum hominumque desides sine praeda tempus tererent⁵², cum integra loca, Tusculanum agrum opimum copiis, petere possent, signa repente convellerent transversisque itincribus per Labicanos agros in Tusculanos colles transirent. Eo uis omnis tempestasque belli conuersa est.

[4] Interim Hernici Latinique pudore etiam, non misericordia solum moti, si nec obstitissent communibus hostibus infesto agmine Romanam urbem petentibus nec opem ullam obsessis sociis ferrent, coniuncto exercitu Romam pergunt. [5] Ubi cum hostes non inuenissent, secuti famam ac uestigia obuii fiunt descendentes ab Tusculano⁵³ in Albanam uallem. Ibi haudquaquam aequo proelio pugnatum est, fidesque sua sociis parum felix in praesentia fuit. [6] Haud minor Romae fit morbo strages quam quanta ferro sociorum facta erat. Consul, qui unus supererat, moritur; [7] mortui et alii clari uir M. Ualerius, T. Uerginius Rutilus augures, Ser, Sulpicius curio maximus; et per ignota capita late uagata est uis morbi, inopsque senatus auxilii humani ad deos populum ac uota uertit: iussi cum coniugibus ac liberis supplicatum ire pacemque exposcere deum. Ad id, quod sua quemque mala cogebant, auctoritate publica euocati omnia delubra implent. Stratae passim matres crinibus templa uerrentes ueniam irarum caelestium finemque pesti exposcunt.

VIII. [1] Inde paulatim seu pace deum impetrata seu grauiore tempore anni iam circumacto defuncta morbis corpora salubriora esse incipere⁵⁴; uersisque animis iam ad publicam cur, [2] cum aliquot interregna exissent, P. Ualerius Publicola tertio die quam interregnum inierat consules creat L. Lucretium Tricipitinum et T. Ueturium Geminum —sive ille Uetusius fuit— ante diem tertium idus Sextilis. [3] Consulatum ineunt iam satis ualida ciuitate, ut non solum arcere bellum, sed ultro etiam inferre posset. [4] Igitur nuntiantibus Hernicis in fines suos transcendisse hostes, impigre promissum auxilium. Duo consulares exercitus scripti. Ueturius missus in Uolscos ad bellum ultro inferendum. [5] Tricipitinus populationibus arcendis sociorum agro oppositus non ultra quam in Hernicos procedit. Ueturius primo proelio hostes fundit fugatque. [6] Lucretium, dum in Hernicis sedet, praedonum agmen fefellit supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos. Uastauere agros Praenestinum Gabinumque, ex Gabino in Tusculanos flexere colles.

[7] Urbi quoque Romae ingens praebitus terror, magis in re subita quam quod ad arcendam uim parum uirium esset. Quintus Fabius praecerat urbi. Is armata iuuentute dispositisque praesidiis tuta omnia ac tranquilla fecit. [8] Itaque hostes praeda ex proximis locis apta adpropinquare urbi non ausi cum circumacto agmine redirent, quano longius ab urbe hostium abscederent, eo solutiore cura, in Lucretium incidunt consulem iam ante exploratis itineribus

⁵² *quid...tempus tererent*. Proposición interrogativa indirecta, dependiente de «fremitu».

⁵³ *Tusculano* («praedio», «agro»).

⁵⁴ *incipere*. Infinitivo histórico.

suis instructum et ad certamen intentum⁵⁵. [9] Igitur praeparatis animis repente pauore percultos adorti aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque, et compulso in cauas ualles, cum exitus haud in facili essent, circumueniunt. [10] Ibi Uolscum nomen prope deletum est. XIII CCCCLXX cecidisse in acie ac fuga, MDCCL uiuos captos, signa XXVII militaria relata in quibusdam annalibus inuenio; ubi etsi adiectum aliquid numero sit, magna certe caedes fuit. [11] Victor consul, ingenti praeda potitus, eodem in statiuam rediit. Tum consules castra coniungunt, et Uolsci Aequique adfectas uires suas in unum contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit; eadem fortuna uictoriam dedit: fuis hostibus etiam castra capta.

IX. [1] Sic res Romana in antiquum statum rediit, secundaeque belli res extemplo urbanos motus excitauerunt. Gaius Terentilius Harsa tribunus plebis eo anno fuit. [2] Is consulibus absentibus⁵⁶ ratus locum tribuniciis actionibus datum, per aliquot dies patrum superbiam ad plebem criminatus, maxime in consulare imperium tamquam nimium nec tolerabile liberae ciuitati inuehebatur. [3] Nomine enim tantum minus inuidiosum, re ipsa prope atrocius quam regium esse: [4] quippe duos pro uno dominos acceptos, immoderata, infinita potestate qui soluti atque effrenati ipsi omnis metus legum⁵⁷ omniaque supplicia uerterent⁵⁸ in plebem. [5] Quae ne aeterna illa licentia sit, legem se promulgaturum, ut quinque uiri creentur legibus de imperio consulari scribendis. Quod populus in se ius dederit, eo consulem urusum; non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. [6] Qua promulgata lege cum timerent patres, ne absentibus consulibus iugum acciperent, senatus a praefecto urbis Q. Fabio uocatur; qui⁵⁹ adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est inuectus, ut nihil, si ambo consules infersti circumstarent tribunum, relictum minarum atque terroris sit⁶⁰: [7] insidiatum eum et tempore capto adortum rem publicam. [8] Si quem⁶¹ similem eius priore anno inter morbum bellumque irati dii tribunum dedissent, non potuisse sisti. Mortuis duobus consulibus, iacente aegra ciuitate in conluuione omnium rerum ad tollendum rei publicae consulare imperium laturum leges fuisse, ducem Uolscis Aequisque ad oppugnandam urbem futurum. [9] Quid tandem? Illi non licere, si quid consules superbe in aliquem ciuium aut crudeliter fecerint, diem dicere, accusare iis ipsis iudicibus,

⁵⁵ *instructum et ad certamen intentum*. Cf. I, 15, 2: «Romanos...dimicationi ultimae instructus intentusque Tiberim transit».

⁵⁶ *consulibus absentibus*. Ablativo absoluto con valor causal.

⁵⁷ *legum*. Genitivo objetivo.

⁵⁸ *uerterent*. El subjuntivo, porque la mención de la causa la hace Terentilo y no el autor.

⁵⁹ *qui* («Fabius»).

⁶⁰ *si...circumstarent...relictum...sit*. El imperfecto de subjuntivo de la prótasis, al que corresponde en la pódosis el perfecto del mismo modo, en vez del imperfecto, se explica por tratarse de una situación meramente hipotética o supuesta.

⁶¹ *si quem* («si aliquem»).

quorum in aliquem saeuitum sit?. [10] Non illum⁶² consulare imperium, sed tribuniciam potestatem inuisam intolerandamque facere, quam placatam reconciliatamque patribus de integro in antiqua redigi mala. [11] Neque illum se deprecari, quo minus pergat ut coeperit: «vos», inquit Fabius, «ceteri tribuni, oramus, ut primum omnium cogitetis potestatem istam ad singulorum auxilium, non ad perniciem uniuersorum comparatam esse; tribunos plebis uos creatos, non hostes patribus». [12] Nobis⁶³ miserum, inuidiosum uobis est desertam rem publicam inuadi. Non ius uestrum, sed inuidiam minueritis. Agite cum collega, ut rem integram in aduentum consulum differat. Ne Aequi quidem ac Uolsci morbo absumptis priore anno consulibus crudeli superboque nobis bello institere». [13] Agunt cum Terentilio tribuni, dilataque in speciem actione re ipsa sublata consules extemplo accessiti.

X. [1] Lucretius cum ingenti praeda, maiore multo gloria rediit. Et auget gloriam adueniens exposita omni in campo Martio praeda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. Relqua uendita, quibus domini non extitere. [2] Debeatur omnium consensu consuli triumphus, sed dilata est tribuno de lege agente: id antiquius consuli fuit. [3] Iactata per aliquot dies cum in senatu res tum apud populum est. Cessit ad ultimum maiestati consulis tribunus et destitit. Tum imperatori exercituique honos suus redditus: triumphauit de Uolscis Aequisque; triumphantem secutae sunt legiones. [4] Alteri consuli datum, ut cuans sine militibus urbem iniret.

[5] Anno deinde insequenti lex Terentilia ab toto relata collegio novos adgressa consules est. Erant consules P. Volumnius Ser. Sulpicius. [6] Eo anno caelum ardere uisum, terra ingenti concussa motu est; bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. Inter alia prodigia et carne pluit⁶⁴, quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuisse fertur; quod intercidit, sparsum ita iacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret.

[7] Libri⁶⁵ per duumuiros sacrorum aditi: pericula a conuentu alienigenarum praedicta, ne⁶⁶ qui in loca summa urbis impetus caedesque inde fierent. Inter cetera monitum, ut seditionibus abstineretur. Id factum ad impediendam legem tribuni criminabantur, ingensque aderat certamen.

[8] Ecce, ut idem in singulos annos orbis uolueretur, Hernici nuntiant Uolscos et Aequos, etsi accisae res sint, reficere exercitus, Antii summam rei positam, Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere, id caput, eas uires belli esse. [9] Ut haec dicta in senatu sunt, dilectus edicitur. Consules belli

⁶² *non illum* («Terentilium»). «Illud» es la lección inadmisibile de los manuscritos.

⁶³ *nobis* («patribus»).

⁶⁴ *carne pluit*. El ablativo es propio del estilo de los prodigios. Cf. «lapidibus pluuisse» (I, 31, 1). Valerio Máximo reproduce en su integridad la fuente aquí abreviada por Livio: «neque odore taetro neque deformi aspectu mutatum» (I, 6, 5).

⁶⁵ *libri* («Sibyllini»).

⁶⁶ *ne*, porque en el sustantivo «pericula» se sobreentiende un «uerbum timendi».

administrationem inter se dispertiri iussi, alteri ut Uolsci, alteri ut Aequi prouincia esset. [10] Tribuni coram in foro personare fabulam compositam Uolsci belli, Hernicos ad partes paratos. [11] Iam ne uirtute quidem premi libertatem populi Romani, sed arte eludi, Quia occidione prope occisos Uolscos et Aequos mouere sua sponte arma posse imam fides abierit, nouos hostes quaeri; coloniam fidam, pro pinquam infamen fieri. [12] Bellum innoxiiis Antiatibus indici, geri cum plebe Romana, quam oneratam armis ex urbe praecipiti agmine acturi essent, exilio et relegatione ciuium ulciscentes tribunos.

[13] Sic, ne quid aliud actum putent, uictam esse, nisi, dum in integro res sit, dum domi, dum togati sint, caueant ne possessione urbis pellantur, ne iugum accipiant. [14] Si animus sit, non defore auxilium. Consentire omnes tribunos; nullum terrorem externum, nullum periculum esse; cavisse deos prior anno, ut tuto libertas defendi posset. Haec tribuni.

XI. [1] At ex parte altera consules in conspectu eorum positus sellis dilectum habebant. Eo decurrunt tribuni, contionemque secum trahunt. [2] Citati pauci uelut rei experiundae causa, et statim uis coorta. Quemcumque lictor iussu consulis prendisset, tribunus mitti iubebat. Neque suum cuique ius modus faciebat, sed uirium spes, et manu obtinendum erat, quos intenderes⁶⁷.

[3] Quem ad modum se tribuni gessissent in prohibendo dilectu, sic patres in lege, quae per omnis comitalis dies ferebatur, impedienda gerebant. [4] Initium erat rixae, cum discedere populumm iussissent tribuni, quod patres se submoueri haud sinebant. Nec fere seniores rei intererant, quippe quae non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciaeque esset. [5] Multum et consules se abstinebant⁶⁸, ne cui in conluuione rerum maiestatem suam contumeliae offerrent. [6] Caeso erat Quinctius, ferox iuuenis qua nobilitate gentis, qua⁶⁹ corporis magnitudine et uiribus. Ad ea munera data a diis⁷⁰ et ipse addiderat multa belli decora facundiamque in foro, ut nemo⁷¹ non lingua, non manu promptior in ciuitate haberetur⁷². [7] Hic cum in medio patrum agmine constitisset eminens inter alios, uelut omnes dictaturas consulatusque gerens in uoce ac uiribus suis, unus impetus tribunicios popularesque procellas sustinebat⁷³. [8] Hoc duce saepe pulsus foro tribuni, fusa ac fugata plebes est. Qui

⁶⁷ *intenderes*. El subjuntivo indica la posibilidad, y la segunda persona, la impersonalidad.

⁶⁸ *multum et consules se abstinebant*. La corrección de «multum» en «tumultu» parece justificada por el sentido del pasaje.

⁶⁹ *qua...qua*. Correlativos: «tanto por...como». Cf. II, 35, 4: «usique sunt qua suis quisque, qua totius ordinis uiribus».

⁷⁰ *a diis*. El sentido parece exigir un verbo como «exhibuit» después de «diis».

⁷¹ *ut nemo*. Proposición consecutiva.

⁷² *non lingua, non manu promptior...haberetur*. Cf. II, 33, 5: «Cn. Marcius, adulescens et consilio et manu promptus», y Salustio, Yugurta, XLIV, 1: «exercitus...lingua quam manu promptior».

⁷³ *procellas sustinebat*. Cf. Cicerón, *Pro Milone*, 5: «tempestates et procellas...semper pútaui Miloni esse subeundas».

obuius fuerat, mulcatus⁷⁴ nudatusque abibat, ut satis appareret, si sic agi liceret, uictam legem esse. [9] Tum prope iam percussis aliis tribunis A. Verginius, ex collegio unus, Caesoni capitis diem dicit. Atrox ingenium accenderat eo facto magis quam conterruerat: eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos uelut iusto persequi⁷⁵ bello. [10] Accusator pati⁷⁶ reum ruere inuidiaeque flammam ac materiam criminibus suis suggerere⁷⁷, legem interim non tam ad spem perferendi quam ad lacessendam Caesonis temeritatem ferre. [11] Ibi multa saepe ab iuuentute inconsulte dicta factaque⁷⁸ in unius Caesonis suspectum incidunt ingenium. [12] Tamen legi resistebatur. Et A. Verginius identidem plebi: «ecquid sentitis iam uos, Quirites, Caesonem simui ciuem et legem, quam cupitis, habere⁷⁹ non posse? Quamquam quid ego legem loquor? Libertati obstat, omnes Tasquinos superbia exsuperat. Expectate, dum consul aut dictator fiat, quem priuatum uiribus et audacia regnantem uidetis». Adsentiebantur multi pulsatos⁸⁰ se querentes, et tribunum ad rem peragendam ultro incitabant.

⁷⁴ *mulcatus*. Verbo raro. Cicerón lo usa tres veces, una en el *Pro Milone*, y Livio de nuevo en este mismo párrafo (12. 9).

⁷⁵ *agitare...persequi*. Infinitivos históricos.

⁷⁶ *pati*. Infinitivo histórico.

⁷⁷ *inuidiamque flammam...suggerere*. Cf. *Pro Milone*, 98: «cum a meis inimicis faces inuidiae meae subiciantur».

⁷⁸ *inconsulte dicta factaque*. Cf. II, 37, 6: «horret animus ne quid inconsulte ac temere fiat».

⁷⁹ *habere*. («in ciuitate»).

⁸⁰ *pulsata* («esse»). Dependiente de «querentes».

LIBRO III

Resumen

Las leyes agrarias originaron luchas internas. El Capitolio, que había sido ocupado por desterrados y esclavos, fue, muertos éstos, recuperado. Llevose a cabo el censo en dos ocasiones. Durante la primera, se registraron ocho mil setecientos ciudadanos, con exclusión de los huérfanos de ambos sexos, y en el siguiente, ciento diecisiete mil doscientos dieciocho. Con motivo de los reveses sufridos en la guerra contra los volscos fue nombrado dictador Lucio Quincio Cincinato, cuando se hallaba en el campo dedicado a las faenas agrícolas; llamado a dirigir la campaña, derrotó al enemigo y le obligó a pasar bajo el yugo. Treinta y seis años después de la creación de los primeros tribunos de la plebe, se amplió hasta diez el número de estos magistrados. Solicitadas por medio de embajadas y traídas a Roma a los trecientos dos años de su fundación las leyes de Atenas, fueron nombrados, como autoridades únicas, los decenviros, en vez de cónsules, encargados de recopilarlas y publicarlas; pasó así el poder, como otrora de los reyes a los cónsules, de éstos a los decenviros. Habiendo los nuevos funcionarios expuesto al público diez tablas de leyes, y actuado con moderación en el desempeño de sus cargos, pareció bien prorrigárselos, en vista de esto, un año más. Añadidas, empleo, otras dos tablas a las diez existentes, comenzaron a producirse en varias ocasiones insolentemente, negáronse a renunciar y se mantuvieron en el poder un tercer año, hasta que puso término a tan odiado dominio la desarrugada pasión de Apio Claudio; el cual, prendado de la doncella Virginia, ordenó a uno de sus secuaces que la reclamase como esclava, y puso a Virgino, su padre, en el trance de darle muerte, con un cuchillo del que se apoderó en una taberna próxima, única manera de evitar que la joven cayese en poder de quien se proponía violentarla. La plebe, amotinada en presencia de tan horrendo crimen, ocupó el monte Aventino, y obligó a los decenviros a renunciar a su

magistratura. Apio, el más culpable de todos, fue encarcelado, y los demás, condenados al destierro. El presente libro contiene asimismo las campañas victoriosas contra sabinos y ecuos, y un juicio poco halagüeño para el pueblo romano, que elegido árbitro entre ardeates y aricinos, adjudicóse el territorio objeto del litigio.

I. [1] Conquistada la ciudad de Ancio¹, fueron elegidos cónsules Tito Emilio y Quinto Fabio². Era éste el único superviviente de su familia³, desaparecida en la matanza de Cremera⁴. [2] Emilio, colega suyo durante el ejercicio de su primer consulado, había sido partidario de repartir los campos a la plebe. Viéndolo ahora de nuevo en el poder, los interesados⁵ cobraron ánimos con la esperanza de que aquel proyecto se convirtiera en ley, y los tribunos, por su parte, prestábanle su apoyo, por entender que con la ayuda del cónsul llegarían a obtener lo que hasta entonces les había negado la oposición de estos funcionarios. Manteníase firme Emilio en sus propósitos; [3] pero los poseedores de los campos y la mayoría de los senadores dolíanse de que la primera autoridad de la urbe⁶, atribuyéndose las prerrogativas tribunicias, buscara la popularidad con mostrarse dádivo de lo ajeno, y hacían recaer la odiosidad del negocio sobre el cónsul, desviándola de los tribunos. [4] Y a punto estuvo de originarse desmesurado conflicto, si Fabio no hubiese propuesto una solución que no entrañaba perjuicio para ambas partes. «Bajo la conducción y auspicios de Tito Quincio⁷ —argumentaba— hemos arrebatado el pasado año a los volscos la ciudad de Ancio, exigua porción de su territorio, [5] a la cual por su proximidad, acomodo y condición de ribereña, sería fácil trasladar una colonia⁸; de este modo, y sin protesta de parte de los poseedores, la plebe iría a ocupar esos lugares y renacería en Roma la concordia».

[6] Aceptado este criterio, nombró Emilio como triunviros encargados de

¹ Hoy Porto d'Anzio, a orillas del Tirreno y al sur de Ostia. Livio narra la sumisión de esta ciudad en —468 al final del libro II.

² En —467.

³ Según la leyenda, la familia de los Fabios, en vista de que Roma se hallaba empeñada en graves y difíciles empresas, se enfrentó sola contra los reyes, y después de algunos triunfos, fue atrada a una asechanza y quedó exterminada en —477, sin más excepción que Quinto Fabio, el futuro «Cunctator», que por sus pocos años no había tomado parte en la lucha. Cf. Livio, II, 49 y 50: «Trescentos sex perisse satis conuenit, unum prope puberem aetatem relictum».

⁴ Riachuelo afluente del Tíber, a la derecha y frente a Fidene. Hoy, el Valca.

⁵ Es decir, los partidarios de las leyes agrarias, causa de los prolongados conflictos entre patricios y plebeyos, desde la época de Spurio Casio (—494) a la de Cayo Graco (—125).

⁶ Se refiere al cónsul Tito Emilio. La expresión «princeps ciuitatis» es una reminiscencia de la época republicana, en la cual los «principes ciuitatis» eran los patricios que habían desempeñado la función consular.

⁷ Cónsul en el año anterior.

⁸ Las colonias eran de dos clases: «coloniae ciuium Romanorum» y «coloniae Latinae». Con su creación se perseguían no sólo objetivos demográficos y sociales, sino tener vigiladas de cerca las actividades de los pueblos sometidos al poderío romano.

repartir las tierras⁹ a Tito Quincio, Aulo Virginio y Publio Furio, a quienes se les ordenó llevar el registro de los solicitantes. [7] Pronto, empero, como suele acontecer, la abundancia engendró el hastío, y fueron tan pocos los romanos que dieron sus nombres, que para completar el número, hubo que agregar colonos volscos¹⁰, ya que la restante multitud prefirió solicitar una parcela en la ciudad a recibirla en otro lugar. [8] Los ecuos solicitaron la paz a Quinto Fabio, quien al frente de un ejército había invadido sus dominios, por más que no tardaron en quebrantarla con una inesperada incursión por el territorio latino.

II. [1] Al año siguiente¹¹, Quinto Servilio (cónsul con Espurio Postumio), enviado contra los ecuos, estableció sus reales en el campo latino. Forzosa inacción retuvo en éste a sus huestes, atacadas de enfermedad. [2] Tres años prolongose la guerra, ahora bajo el consulado de Quinto Fabio y de Tito Quincio. Concediéndosele al primero la provincia de los ecuos, sin el requisito de la designación por las suertes¹², en consideración a haber sido quien concediera la paz a dicho pueblo. [3] El cual, emprendiendo la marcha con la fundada esperanza de que la fama de su nombre apaciguaría a los ecuos, ordenó a los embajadores enviados al efecto hacer saber a la asamblea del pueblo enemigo que si el cónsul Quinto Fabio había llevado a Roma la paz convenida con aquéllos, podía ahora traerles desde la misma ciudad la guerra, armada la propia diestra que antes les había tendido en actitud conciliadora, [4] que si tal acontecía por su perfidia y perjurio, los dioses serían, de momento, testigos, y posteriormente, vengadores de su conducta; que incluso entonces prefería él que los ecuos se arrepintieran, a verse obligado a recurrir a las armas, [5] y que en caso de que reconocieran su error, hallábase dispuesto a acogerlos en seguro con la clemencia que ya conocían; por el contrario, si se obstinaban en ser perjuros, supieran que combatirían, más que con un enemigo, con los dioses encolerizados. [6] Razones éstas, que lejos de producir en el auditorio el efecto que se esperaba, faltó poco para que los embajadores fuesen agredidos alargándose el enemigo a enviar contra los romanos un

⁹ Históricamente, el título de estos funcionarios era el de «III uiri agris dandis assignandis». Una ley especial regulaba el traslado de una colonia, traslado que se hacía con gran solemnidad. Un rito peculiar presidía el reparto de los lotes asignados a cada colono.

